

EPITHALAMIA

IN HONOREM  
NOBILITATE ANTIQVA,  
VIRTUTE, ERVDITIONE DO-  
ctrinæ præstantissimi viri D. IOHANNIS OBERNDORF-  
FERI, Medicinæ ac Philosophiæ Doctoris celeberrimi,  
& Illustrium inclytæ Styriæ procerum Me-  
dici ordinarij fidelissimi, Sponsi  
honestissimi,

ET

NOBILISSIMAE  
ET CASTISSIMÆ VIRGI-  
NIS FIDEI, NOBILISSIMÆ AC PIISSI-  
mæ recordationis viri D. MICHAELIS PÜHELMAIERI I. V.  
Doctoris excellentissimi, & quondam Inclytæ Imperialisq̃ue  
Ciuitatis Ratisponensis Consiliarij legitimæ filiæ  
Sponsæ, pudicitia & pietate or-  
natissimæ.

DICATA AB AMICIS.

Nuptiis celebratis a. d. VI. Iunij.

ANNO à N. C. cIo Io XCII.



ALTORFII,

*Typis Christophori Lochneri, & Iohan-  
nis Hofmanni, Typographorum  
Academicorum.*

REITHAEMIA

# IN HONOREM

NOBILITATE ANTIQVA

ET VIRTUTE

ET VIRTUTE

ET VIRTUTE

ET VIRTUTE

ET VIRTUTE

# NOBILISSIMAE

ET VIRTUTE

ET VIRTUTE

ET VIRTUTE

ET VIRTUTE

ET VIRTUTE

ET VIRTUTE

ET VIRTUTE

ET VIRTUTE

ET VIRTUTE

ET VIRTUTE

ET VIRTUTE

ET VIRTUTE

ET VIRTUTE

ET VIRTUTE

ET VIRTUTE



# EPI THALAMIVM.



*IDES Charino (quid mage congruum?*

*Fides Charino, candida candido,*

*Fide tori devincta sancti,*

*Cor tremit & pudibunda gaudet.*

*Charinus inter Naiadas Fidem*

*Suo videbat maximè idoneam*

*Complexui proles feraci:*

*Fida Fides mihi nube fido:*

*Dixit, simul dextram dare dextera*

*Festinat, amplexuq; tenet, suam*

*Sponsam salutans, atq; flammam*

*Proliciens mutui furoris.*

*Dulcis medullas hic furor intimas*

*Complet suavi flamine, copulans*

*Viro puellam casto amore*

*Legitima ratione iunctam.*

*Hoc GENS Adami debuit ordine*

*Servari & augeri sine crimine:*

*Solamen hoc est, dura vite*

*Mollificans miseris caduca.*

*Hac est supremi Regis & omnium*

*Lex conditoris, quam volet irritam*

*Bellum DE oportans simulq;*

*Præcipitatus ad ima Ditis.*

*Inter liquores est opobalsamum*

*Princeps, requirens vas solidissimi*

*Saxi, quod integrum reservet:*

*Nominat hoc alabastron unctor.*

Vide Divi  
Bernhardi  
sermonem i.  
de Annun-  
ciat.

*Sic diva cordis Gratia vasculum  
Constante formans consolidat fide,  
Flatum premens fundoq; sternens:  
Vase alio minime tenetur.*

*Hoc, Iane, vester praetenet omnibus  
Toris sacratum, congrua colligans  
Mysterio signacula magno:  
Gratia, Iane, Fidem requirit.*

*Nomen Iehovae dat tibi Gratia:  
Nomen IOHANNIS sic bene rednitur.  
Fides aperta notionis  
In Charitos gremio ac quiescit.*

*Sic dona TRINAE cognita Gratia:  
Quae sola grato corde capit fides:  
Decora quae praestanda utrique  
Commonuisse, videtis ambo.*

*Quid gratiosum non pia GRATIA  
Praestet recepta iam FIDEI suae?  
Quid fida non fidum fideli  
Corde FIDES tibi IANE reddat?*

*Fontem beatum SUMMA Beatitas  
Hunc esse iussit, pignoris & boni  
Stirpem rigando consovere  
Germine multiplici beatam.*

*Hinc orta virtus florida militum  
Immane diri sternat humi caput  
Goliathi Iovae non verentis  
Nomina polluere ore diro.*

*Cætus piorum plurima civium  
Vita beatæ praesidia hinc feret  
Languoris & morbi levamen:  
Consilium, fuga quod malorum.*

*IUS, æquitas Regula curias,  
VERBUM salutis templaq; diriget:*

*Hanc unice spectare metam  
 Coniugium didicit piorum.  
 Sic qui supremæ gaudia Regiæ  
 Querit fideli tramite, ceteris  
 Ditatur & letus fruatur  
 Divitiis sale temperatis.  
 Quid, Iane, quid nunc ecce facit cocus  
 Cibis cur inspergit piper & salem?  
 Docto sine his an non palato  
 Despererent? bene ais: sed audi.  
 Dum nos gravabit carnea pravitas:  
 Nulla esse nobis prosperitas valet  
 Salubris, ipsam ni salutis  
 Crux genitrix bene temperarit.  
 Charine, amicorum nitidissimum  
 Decus meorum, fidere gratiæ  
 Doctus Dei, vive hinc beatus  
 Cum socia FIDE in omne tempus.*

Jeremias Homberger D.



*N*UPTIÆ SECUNDÆ

NOBILITATE, VIRTUTE, DO-  
 CTRINA, VSVQVE RERVM PRÆSTANTIS-  
 simi viri, Domini IOANNIS OBERNDORFFERI, Illustrium  
 Styriæ procerum Medici: & nobilissimæ virginis, FIDEI, no-  
 bilissimi prudentissimiq; olim apud RATISBONENSES  
 Iureconsulti Domini MICHAELIS BI-  
 HELMAIERI filiæ:


*Celebrata Ratisbonæ: 6. Iunij.  
 Ornatæ versibus IOANNIS PAPII D.*



*N*CHORA Christicolis nobis est una salutis  
 Vera Fides: constans hinc fluit omnis amor.


Ista sui possessorem beat: & bene cunctis  
 Vltro ex sincero cordis amore facit.  
 At verò vir præstantissime, & optime amice,  
 Ante alios duplex te beat unde Fides?  
 Scilicet hoc studium pietatis, solida veræ  
 Copia doctrinæ, sic iubet esse tuæ.  
 Est virtus in te docti transfusa parentis  
 Et disciplina dotibus aucta bonæ.  
 Præstantes Latium Germanaq; terra magistros  
 Ornamenta orbis nobiliora, dedit.  
 Græca instructus ab his, opibus sapientia: in aulas  
 Sidere movisti prosperiore pedem.  
 Aulicus in clara te splendor luce locavit,  
 Quâ cumulantur opes: & cumulatur honor.  
 Antiquos Boios testes clarosq; Bohemos  
 Arte in Apollinea dexteritatis habes.  
 Illustres Styria proceres dare præmia certant:  
 Delectant mores; ingeniumq; placet.  
 Gratiam adesse DEI, studio letantur: amicus  
 Intimus exoptat quilibet esse tuus.  
 Vtrum igitur mirum est: lectissima virgo quod optat,  
 Intima pars nitidi pectoris esse tui?  
 Gregium est nomen Fidei, res pulchrior ipsa:  
 Munere, non meritis, obvenit illa DEI.  
 Cælica regna Fide, summi clementia Patris  
 Offert flagrare hæc pectora: nostri iubet.  
 Sed quam præterea presenti munere donat  
 Istâ luce tibi suavis amice, Fidem,  
 Hanc vult ut solus tu complectare: vicissim  
 Solius illa pio flagret amore tui.  
 Et meritò in vobis etenim dignissima, amoris  
 Omnia complexu quilibet esse videt.  
 Hi sunt Elysi campi & fragrantia tempe.  
 Non vita est, à qua nexus amoris abest.

Nos bene qui cupimus vobis utrisq̃: honorum  
Auctorem petimus supplice voce DEVM,  
Vt longa donet prosperrima tempora vite:  
Artis honor vestras augeat auctus opes.  
Nomen conseruent nati virtute: nepotes  
Grandævo figant oscula blanda seni.  
Tandem cum seros clausit feliciter annos  
Vobis vera ferat gaudia, vera Fides.

  
DOCTORI IOANNI OBERN-  
DORFFERO: V. CL. CELEBRI  
MEDICO.

ET

FIDEI PŪHLMERINAE, LECTISSI-  
MÆ VIRGINI:  
HONORATIS SPONSIS.


VAM dulce festis MVSICI clangoribus,  
Modisq̃, latis perstreput!  
Quàm pulcra pulcris ambiunt tibi caput  
Serta & decorant nexibus!  
Quàm lauta vestis ornat, in medio duum  
Gressum inferentem alacrius!  
Hac de vetustis nempè reliqua moribus  
Aliaq̃, multa: quæ videns  
Obiensq̃, partim, magna sentis gaudia,  
Vultuq̃, leticiam & sonis  
Testare, DOCTOR! Quin nec illa cætera,  
Si mos teneret, temneres:  
Vt ipse tenero spargeret gregi nuces,  
Iovi sacras, & omina

Nuptiae daturas fausta: ut hanc attingere  
 Ignemq; aquamq; cerneres:  
 Ut pane vesci tecum, & undas sumere:  
 Ut perlubentibus auribus  
 Hac verba caperes illius: mi Vir ubi  
 Tu Caius, ego Caia sum;  
 Quibus VETUSTAS ritibus, SOCIIS tori  
 Communia docuit omnia.  
 Hac pluraq;, tibi e iure veterum cognita,  
 Fortasse nunc se offerunt,  
 Et multa SPONSVM commonent. Verumtamen  
 Istis remotis ludicris,  
 Quae finxit hominum prisca religio: DEI  
 A voce maioris ipsius  
 Meliora multo discere atq; expendere:  
 Ut primus ipse finxerit  
 Marem e rubentis pulvere luti, Faeminam  
 Ex osse sopiti Viri:  
 Ut ipse eosdem iunxerit Connubio,  
 Et prole multa crescere  
 Iusserit: ut omni Coniuges adhuc bono  
 Fortunet, ornet, asserat:  
 Dignatus olim Canan. eas Nuptias  
 Donare vino, pauperis  
 Cum Matre cumq; Fratibus convivij  
 Hospes, stupendus munere::  
 Dignatus idem Coniugum laboribus  
 Adesse saepe, saepe opem  
 Praestis benignè ferre: caeli gaudia.  
 AETerna iisdem pandere.  
 Hic ergo grator SPONSE praecipue tibi,  
 Hic tollo tecum iubila:  
 Quod tam pudicis moribus formâ, indole,  
 Tam nobilem puellulam.

Tibi

*Tibi dedit Rex omnium potens DEVS ;*  
*Cui nec feracis India*  
*Gazas, nec aurum divitis Cræsi aut Myda*  
*Coactus anteponeres!*  
*Valete odores, inquis, Arabum: pondera*  
*Auri valete Lydii:*  
*Dum thura, myrrham, cynamum, crocum, FIDES*  
*Adspirat OBERNDORFFIO.*  
*Vnde omnis illum lucis agnoscis Patrem,*  
*Et unicum fontem Boni.*  
*O lucis ille fons Paterq; boni, FIDEM*  
*Conseruet OBERNDORFFIO,*  
*Fæcundet, ornet! ô FIDEIQ; idem suum*  
*Conseruet OBERNDORFFIVM!*  
*Pylios in annos, ut Nepotum posteros*  
*Cernatis, ambo viribus*  
*Sanis valentes, ambo vitæ commodis*  
*Aucti, & celebres nomine,*  
*Sioniq; pace leti ante omnia,*  
*Cari Viris, Cari DEO.*

M. Christophorus Donavérus.



*Epithalamion*

**NVPTIIS DOMINI IOH. OBERN-**  
**DORFFERI SPONSI, ET VIRGINIS**  
 honestiss. Fidei P u HELMARIÆ Spon-  
 sæ dicatum.



*SANCTA Fides, quæ nos in cæli sceptrareponit;*  
*Et peragrarè facit cæli sublimia, mente;*  
*Vna salus, & certa salus, mortalibus ægris,*

B

*Dum*

Dum tegit humana scelera exitialia Gentis,  
Corde suo Sobolem summi complexa Parentis,  
Non opis est nostræ: cælesti desuper igni  
Illa animis succensa datur, sed fonte renatis  
Salvifico, verboq; pios, ubi pectora mæror  
Sanctæ premit, pulsa reficit formidine, cunctos:  
Pertentare facit suspensas gaudia mentes;  
Et varios fœtus, certa argumenta Vigoris  
Ætherij, indefessa suis producit ab agris.

Fallor? an illius FIDEI (componere magnis  
Si mihi parva licet) iam viva relucet imago  
SPONSE, FIDE in SPONSA? Non hac sine Numine Divûm  
Crede mihi, sociata FIDE tibi ducitur Vxor,  
Chara tibi ante alias; En hæc promissa fides est;  
Intemerata FIDES. Cui vincla iugalia curæ,  
Salvificam DEVS ipse Fidem, qua pectora flagrant  
SPONSE, tua intuitus, connubia tanta petentem,  
Coniugium optatum, promisso munere donans,  
Hanc tibi connubio stabili, propriamq; dicavit  
Ipse DEVS; cunctos ut tecum transigat annos  
Incolumis, pulcra & faciat te prole parentem.

SPONSE, tua letare FIDE, letare reperta  
(Nusquam tuta FIDES) SPONSE hac letare reperta,  
Tali digne FIDE. Tibi enim tibi maxima rerum  
Verborumq; FIDES; tibi mens in corde fideli.  
Hanc meruit servata Fides; & Apollo fidelis,  
Et medicam quondam didicisse fideliter artem.

Et te SPONSA, quibus cælo te laudibus æquem?  
O quam te memorem virgo? namq; haud tibi vultus  
Mortalis; loca quò penetras hinc disita longè,  
Tot saxa & scopulos, tot depressas convalles;  
Atq; animum residem desuctaq; pectora SPONSI  
(Matris Acidaliæ pueri aligeriq; potestas  
Non ea, magna licet) vivo succendis amore.

Quis

Quis prohibet causas penitus tentare latentes?

Multa animo virtus SPONSI, multusq; recurſat  
Eius honos FIDEI SPONSÆ, lumenq; iuventæ  
Purpureum, quod Apollo suo olim adflavit Alumno.  
Hinc tibi prima, FIDES, teneras hinc flamma medullas  
Carpsit, & eius amor tantum tibi crevit in horas.

Et tu SPONSE, olim fixisti in virgine vultus;

Quod tacitum interea, Stirijs dum degis in oris,  
Multa manu medica, Phœbiq; potentibus herbis  
Corpora dum relevas, vivit sub pectore vulnus;  
Atq; tuam quoties cernis sub imagine SPONSAM  
Laude pudicitie celebrem, meritisq; Parentis,  
Expleri haud mentem datur, ardescisq; tuendo.

Et mirum? tantum egregio decus enitet ore;

Tam latosq; oculis DEUS ipse adflavit honores;  
Gratior & pulcro veniens è corpore virtus.

Quale manus addunt ebori decus; aut ubi flavo  
Argentum Pariusve lapis circumdatur auro.

Iam verò manifesta fides; ne quare profecto;

Omnes, unde amor iste, sciunt; tibi voce Preconis  
Dum thalami stabilita fides; dum iuncta FIDES est.

SPONSE tua letare FIDE; non tempore tali,

Cum dabit amplexus, atq; oscula dulcia figet,  
Et tua mulcebit mœrentia pectora dictis,  
Auxilium invenies ILLA presentius ullum:  
Solamenq; mali, per tot discrimina rerum.

SPONSE tua letare FIDE, dulcedine vitæ;

Presentis terræ cui non certaverit ulla.  
Vitis ut arboribus decori est, ut vitibus uva;  
Sic tua SPONSATIBI tantarum in turbine rerum.

SPONSE sed effusos illi munimen adimbres,

Fraxinea huic fueris sudes, & furca bicornis,  
Viribus eniti quorum, & contemnere ventos  
Assuescat, summasq; sequi tabulata per ulmos.

**SPONSE tua letare FIDE; nam fortibus ulmīs**  
Sustentata FIDES, vites imitata feraces  
Fida tuæ domui, tibi plena pocula mense,  
Fundet aquam, qualem pateris libamus & auro.

**SPONSE tua letare FIDE; multosq; per annos**  
Multa virūm volvens durando secula vincas,  
Sit secura quies; sit luctus nescia vita;  
Deniq; cum vitæ sua cuiq; advenerit hora  
Extrema; FIDEI fructus auferte perennes.

**SPONSE tua letare FIDE; letare Marito**  
SPONSATUO; DEVS omnipotens letetur utrisq;  
Vota valent; votis DEVS annuit. Accipe iussis  
Carmina cepta tuis, monumentum & pignus amoris  
Vsq; mei: tantūm, rapidis ludibria ventis  
Ne turbata volent, (animo quippe illa fideli  
Profluxere) rogo. Spacijs exclusus iniquis  
Ni fueram, graviore sono, comitatus Homero  
Atq; Sene Ascreo (nec enim hac mihi inhospita terra:  
Nec sic obsistit circum precordia frigus)  
Graia loqui poteram; mihi si inclarescere curæ;  
Si ventosa meam vexaret Gloria mentem;  
Vtq; alius, plausæ sonitum cervicis amarem  
Pondere vel Culicis levior, vel vilior algâ.  
Nunc latijs contente modis, grata otia nobis  
Cum fuerint, sperato tuo dignissima sensu  
SPONSE, meis fuerit præsens ubi Apollo Camænis.

M. Otho Gryphius Goar-  
rinus Cattus, Gymnasii  
Poëtici Ratisbonensis  
Rector F. A. E.  
E P I-

# EPITHALAMION DICA-

tum Nuptiis Viri Nobilis & Clariss. DN. IOANNIS OBERN-  
DORFFERI Ratisbonensis, Medicinae Doctoris excellentiss.

Provincialium Archiducatus Stiriae,

Archiatri gratiosiss:

SPONSI:

ET

PIENTISS. NEC NON PVDICISS.

Virginis FIDEI, Viri Ampliss. & Prudentiss. DN. MICHAELIS

PÜHELMEIERI, Inclytae Reip. Ratisb. olim Syndici

& Advocati primarij I. V. D. filiae

SPONSAE:

Ratisbonae celebratis a. d. VI. Iunias,

ANNO à N. C. CLO IO XCII.

**Π**οῖον ἔπος σε φέεισε Βίαν φύγῃ ἔρκος ἰδόντων,  
ὡς εἴποισ ἀγύνην συμφέρεαι ἄνδρα ἔμεν;  
ἦτοι μένγε καλῶ ἔξεις, εἰδὸς τε ποθεινῆν,  
ἢ αἰχρῶν ἄξεις δῶμα ἐς ἐνκτίμνου.  
εἰδὲ καλῆν ἔξεις, κοινῆν τάλας ἀντίχα ἔξεις,  
καὶ ποινῆν ἔξεις οἴκαδε αἰχρῶν ἄγωμ.  
τῷ γῆμαι ἐπεὶ ἔμ ἐστὶν μὴ ῥίγομ ἄλλο,  
ἐνδ' αἵμαρ ζῆσεις ἄρ μὴ ἀκοιτην ἄγης.

Ναὶ δὴ τῶντὰ γε πάντα Βίαν παρὰ μοῖραν εἶπας,  
καὶ σῶμα σεῖο λύσας πάγχυ ἄμαρτες ὁδῶ.  
καλῶ μὲν γὰρ ἔχον, ἔχ' ἔξεις πόποτε ποινῶν,  
ἔδ' αἰχρῶν κοινῶν: ληπτόρον ἔμ πᾶνφυκε.  
1. εἶτα καλὸν φίλον αἶον, ὅταν δ' ὄρημα θεοῖο  
κρομηθεῖσαι καλοῖς ἠθεσίμ ἐσι γυνή.  
2. μὴδ' αἰχρῆν φέρεαι ἄνδρ' εἰ ἐφ' περιώσιον ἄλλος  
ἢς ἐνὶ σπῆρασιμ γνώμη ἔνεσι καλή.  
3. πομάκι δ' αὖ τέχνη φύσιος τὸ πᾶϊσμα διορθοῖ,  
πομάκι δ' αὖ κάμει σεμνὸς ἔνεσι τρώσθ.  
χ' ἔτως ἀμφοτέρομ πόσιος μέγα πέρσεται ἦτορ,  
χ' ἔτως ἀνδρ' εἰ γυνὴ χάσματα πλεῖστα φέρεαι.  
4. πῶς δὲ βίη; πῶς ἀνάγκη; ὅλως θαπέρομ πι τετύχθαι;  
καλῶ ἢ αἰχρῶν τῶν παρὰκοιτην ἔμεν.

Exordium à dilemmate  
Biantis petitum de quo  
Gellius lib. 5. cap. 11.

Refutatio dilemmatis:

1. ἐκ τῷ ἀντιθέτοντος, per inversionem.
2. ἐκ τῶν ἀντιφάσεων, ex contradicentibus potissimum quia duplicibus.

A 3 πλείονι

πολέονες εἰσι γὰρ αἱ μέτριά μιν κείλος ἔχουσι,  
 εἴδ' αἰχραὶ σιωλως, εἴδ' ἑκάματοι ἄγαρ.  
 εἴσι δὲ μέτριά πάντα βροτοῖς δειλοῖσιρ ἀμείνω,  
 εἴτω κ' αὖ γῆμαι χερὴ πανάεισε Βίαν.  
 τίς δὲ βίος; τί δὲ περπνὸν ἄπερ χρυσῆς ἀφροδίτης;  
 κυπεδῖος δάφνης πόθνα δέδοκε φύσις.  
 καὶ θεὸς ὑμῖν ἄγνωστος δοκιμάζεται ἐννήρ,  
 ἢ ἀνδρῶν θέμις, ἢ τῶν ἀλόχων τε πέλει.  
 τοίνυν ἀκοιτιρ ἔχαιρ, κ' αὐτῇ παρακρημηθῆναι  
 ἠδιστος βίος σὺ φόβῳ εἴσι θεῶ.

ε. ἐκ τῶν αἰτιῶν γινώσκων, ἐ καυσις eff.  
 Naturá:  
 DEO.  
 Συμπαιρέσμοι.

Transfatio ad Encomium Sponsi, qui commendatur adiunctis duplicibus:  
 Animi, quae peritia artis Medica, in hoc nostro planè excellens.

ΧΑΙΡΕ σὺ ἔρ γαμετῆ, χαρίτων ἄπο κείλος ἔχουσι,  
 παντοίας ἀρετῆς χαίρε τιμῆοιρ ἔφην.  
 Νύμφιοιρ ἦτις ἔχεις πολλῶν ἀντάξιον ἄλλωρ,  
 ἀθανάτοισι φίλοισι βροτοῖσι φίλοισι.  
 ὅς τόσα φάρμακα εἶδ' ἐμ' ὅσα τρέφει ἐν ἑσῆα χθῶν,  
 ἦ ὅς Γαῖων, ἦ ὅς ἀκεία μιν.  
 ἀκτῆρ πένυρς τε μαραινόμενος ὑπὸ νόσοισι  
 φῶτας ἀπίσσει φερ πειροφόνης θαλάμωρ.  
 καὶ διὰ τῆτ' αὐτῆ νυκτὶ κλέος ἔρανορ ἴκει,  
 ὄψεαι ἐλῶρ πολλῶν εἴ τυχῆ ἀλλὰ τέχνη.

Fortunae, qui superioris quidam q. affectus  
 honesta fama, & gratia, quae valet apud omnes.

ΧΑΙΡΕ σὺ θεασσῶν, κ' αὖ Νύμφη εἶνεκα Νύμφης  
 ἢρ θεῖα μοῖρα καλλιπείροισι ἔχεις.  
 πάρεθενος ἐκ γονέων ἀγαθῶν γένος ἔνυχται εἶναι,  
 μητρὸς, ὅμοσ μεγάλα καὶ γεγαῖα πατρὸς.  
 τῆ μιν ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίωρ ἔειν ἀνδρῶν,  
 εἰδὼς παντοίως μηδ' εἶα πικρὰ δόλως.  
 ἢ μήτηρ καθαρῶ τῆγε θεῖα σε βίασατο θυμῶ,  
 κ' ἔνσω λαγχνος πενιχρῶσ ὄπασσε δῶρα εἰλαῶ.

Encomium Sponsae:  
 1. à parentibus.  
 2. ab adi. animi dotibus.  
 3. à virtutibus economicis, ubi praecipue spectantur.  
 Conclusio, insinuans studium pietatis & pietatis, à sine utili.

τῶ μετέπειτα θυγάτρα καὶ ἠθεα κεδνὰ δίδαξε,  
 πῶς ἔξεισι θεῶν, πῶς γονεῖς τε σέβειρ.  
 ἦτα δδμων ἔντοσθε μένων παρὰ μητέρι σμνῆ  
 οἰκτεῖα, ἀποκνήν ἠλόκατα σρωφῶσα, δμωαὶ δὲ οἱ εἶατ' ὄπασερ,  
 πόνωρ. μητρὶ σὺ εἴθ' ἄνμα τὸ ἠδὺ ἰδῆρ.  
 ΤΡΙΣΜΑΚΑΡΕΣ εἴ ἀμφω σὺτε Νύμφη, κ' ὄψεαι Νύμφη,  
 ἄρ' θυμῶ καθαρῶ πρῶτα σέβησθε θεῶν.


Αθῶ

Αθάνατον γὰρ πρῶτα θεῶν, νόμῳ ὡς διακείται  
 τιμᾶν, θεσπέσις αἰτία πάντα βίη.  
 αὐ καὶ τρισμάκαρες σῦτε Νύμφαι, ἢ σὺν Νύμφῃ,  
 ἄρ' ἡρωτοῖμ τε δυοῖν θυμὸν ἔχῃτεν ἓνα.  
 ταύτη μὲν πέλεται μεγάρων σωτηρία μῆνη,  
 ὅτῃ δηροσάτῃ ἄρ' μὴ ποτὶ ἄνδρα γυνή.

ΖΗΣΑΤΕ μακρόβιοι, καὶ ὄλβιοι ἡμᾶτα πάντα  
 ζήσατε, τερπόμενοι παννυχίοις ὄαροις.  
 εἰς τέλος ἀθανάτη θεῶ ἐνχομαι, ὥστε ἰδέσθαι  
 γέρας ὑμῖν σῦλτος ἄλλα τεύχνα διδῶ.

*Votum duplex, pro  
 utriusq; vita melioris  
 longevitate, & nume-  
 rosa prole conceptum.*

M Samuel Sebaldus Gymnastii  
 Ratisbonensis Prorektor fau-  
 stae gratulationis E. S.



Αὐτοχαρακτῆρα

ALIVD EIVSDEM M. SAMVELIS SEBALDI.



*Vlce magis nihil est, quàm naturæ abditæ rimari,  
 Et rerum vires quærere multiplices.  
 Prætereo nobis quæ plura exempla ministrat,  
 Terrea massa imis eruta visceribus:*

*Vel Magnes tibi quæ præbet documenta Magister,  
 Natura autorem scilicet esse DEUM.*

*Singula qui numero digessit, & ordine miro,  
 Et vires voluit rebus inesse suas.*

*Nature improbitas verò qua parte fatendum est  
 Vt rectè dici, aut maior ut esse queat?*

*Saxis humanam vocem, mentitaq; labra  
 Addidit, os audax obloquiturq; homini.*

*Quid censes lapidis vel pigrius esse rigore?  
 Magneti sensus, (ecce) manusq; dedit.*

*Duritie ferri tum quid pugnacius instat?  
 Sed mores patitur, cedit & Heracleo.*

”  
 ”  
 ”  
 ”

*Plinii verbis  
 hic penè toti-  
 dem loquor.  
 lib. 36. cap. 16.*

Hinc

" Hinc trahitur, tum ad nescio quid festinat inane  
 Rerum ea cunctarum materies domitrix.  
 " Quae propior substat, complexuq; haeret eodem,  
 Et ferrum tactu iam propiore tenet.  
 Quid multis te Sponse moror, tua Nympha pudica est,  
 Si verè dicam, mysticus ille lapis.  
 Quas non egregias tibi Stiria culta puellas  
 Proposuit, tantum posthabuisse iuvat!  
 Seu dives tibi, sive magis formosa placeret,  
 Aut animi potius dotibus aucta bonis:  
 Nulla fuit mater, generum quae sperneret, aut quae  
 Non talem nata posceret aqua virum.  
 Nulla puella fuit, quae non nostrum hunc sibi Sponsu  
 Optaret: dives, pulcra, pudica foret.  
 Ergo superbus erat, spretaq; iniuria dotis  
 Attrahet in pœnas & sua fata procum?  
 Hic noster Magnes medius mora, numine Divum,  
 Extitit, unde nihil profuit ipsa Venus.  
 Fac potuisse autem tædas celebrare iugales,  
 Non tua Sponse FIDES te tamen inde trahet?  
 Magnum in Magnete est, veniam date cætera, Numen,  
 Ille quis est MAGNES? est tua Sponse FIDES.  
 Ergò FIDES luet id quod ponunt Numina Divum?  
 Atq; soli genius sic minus æquus erit?  
 Ipse soli genius nec inhospita tecta ministrat,  
 Nec luat ipsa FIDES, quod probat ipse DEUS.  
 Ut verò in ferrum lapidis concordia summa est,  
 Vel qualem poscit connubialis amor:  
 Sic Adamantem odit contra canè peius & angue,  
 Ut nihil ista duo consociare queat.  
 Vos igitur mentes aliquando adamante perunctas  
 Ponite, concordés vivite, uterq; DEO.

F I N I S.